

# **Mythologia, Venise, 1567 - VII, 12 : De Gorgonibus**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[92-93\] : De Gorgonibus](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 12 : De Gorgonibus](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 13 : Des Gorgones](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 12 : Des Gorgones](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 12 : De Gorgonibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/909>

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination222r°-223v°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Gorgones](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

---

Hec et sunt, quæ de Medusa memorantur fabulosè, quæ cum sola mortalè  
esset è Gorgonibus occisa est, nunc cur hęc sint facta inquiramus. Paulus in Co-  
rinthiacis eadem Medusę ad historiam traduxit, ubi inquit eam fuisse filiā  
Phorei, quæ mortuo patre regnum ab illo acceperit eorum populorum, qui  
ad Tritoniūm paludem accolunt, solitamque in venationes & pugnas cum  
iis populis, quibus imperabat, exire. Verum cum lectissimi Persici copiis,  
quas ille ducebatur ex Peloponneso, obvia fuisse, in acie noctu per insidias  
in talibus trucidata est, cuius vel mortuus pulchritudine admiratus Perseus,  
ut omnibus esset spectaculo, præcium caput in Græcam portauit, quo viro  
homines admirati dicti sunt in lapides conuerti. Nō defuerunt tamen qui  
in Aphrica bestias esse admirabilis & inuitatae formæ inquistant, & inter illas  
feros homines: atque Medusam unam ex illis fuisse, quæ procul & suis gre-  
gibus aberrans ad paludem Tritoniūm peruenierit, quæ illius secolas gra-  
ui clade afficerit, donec à Perseo adiuuante Mineru, quia homines eius loci  
sacri Mineru putabantur, occisa fuit. At enim nihil horum, quæ hactenus  
dicta sunt, dignum esse videbatur, quod transmitteretur ad posteros, nisi  
quipiam præclarior & utilior subesse sententia. Quid ergo est? cum pul-  
cherrima esse diceretur omnium mulierum Medusa, quid prohibet illam vo-  
luptatem aut libidinem censeri? est enim vis illa voluptatum ut & Deorum  
cultus, & omnis humanitatis, & officiis, omnisque utilitatis nos oblinisci co-  
gar, si illarum arbitrio nos dedamus: quare cum homines inutiles rebus ex-  
teris efficiantur præclare dicti sunt in lapides soliti conuerti. Alii super-  
bitæ & arroganter, & temeritati vim Medusę attribuerant; quare dup ex est  
de illa sententia, quod ob libidinem Dex templum profanavit scilicet, &  
quod de pulchritudine capillorum ausa sit cum dea contendere. nam qui  
superbia & petulantia nimis esseruntur; illi nullam neque hominum, neque  
Deorum habent rationem. illi cum exteris omnibus, cum sibi maxime sunt  
inutiles & in lapides conuertuntur; quare & superbis & libidini illa vis tri-  
buitur. admonemur igitur per hanc fabulam ut libidinem fugiamus, cum il-  
la sit & Diis inuisa, & nobis iniucunda denique; ut superbia ne nimis effera-  
mur, quoniam omnis temeritatis index est Deus; ut quæcumque bona ha-  
bemus, à Deo esse potemus, qui omnium bonorum solus est autor & largi-  
tor: quare si quis ob illa quæ à Deo acceperit, vel nimis glorieatur, vel etiam  
Deum contemnat, id totum, quod à Deo habuit, auferetur ab eo, & tantum  
maiorum cumulum, quantus erat præstorum bonorum, accipiet. Sic enim  
cum prius omnium oculos Medusa in se conuenteret ob insignem corporis &  
capillorum pulchritudinem, sine, ut verius dicam, ob præstinam felicitatem, post  
quam coma in angues condensa est, omnes ab illa oculos auertebant. nam  
cum fortunæ vis & aura benigna aspirauerit, magna circumfuit vndiq; ami-  
corum, & coniunctorum copia: at si Deus fortunæ cursum auerteret, omnes  
& amici & coniuncti celeriter auolant, multique qui intimi ante fuerant,  
cum nobis occurserunt, oculos auertunt. ad hanc igitur vitia reprimenda con-  
fictam fuisse ab antiquis Medusę fabulam ego crediderim, at non ob eam  
causam, quæ superius dicta est. at nunc de Gorgonibus dicatur.

De Gorgonibus.

Cap. XII.

**G**orgonum vero duplex est ordo, cum omnes sint natæ ex iisdem parens-  
tibus, quibus etiam Medusa; è Phorco scilicet, & Ceto. Alii vero ea-

K k k 3 rum

## Mythologiz

rum cum eanx nate fuerint, Græc vocatæ fuerunt; de quibus ita scriptit Hesiodus in Theogoniz;

φερκοίς αὐτοῖς γραιοῖς τινας καλλιπερίους,  
τοι παντες οὐδέποτε, τούς δὲ γραιούς καλλιπερίους,  
άστενεν θεούς. χωρὶς ἐγχώριους' αἰδημονίας.

Προπόλεοίς λέματα, λέματα γραιομενά.

Tum Phorco, Cetoij satæ sunt nomine Græc,  
Canitiesque comas nascentibus occupat illis;  
Quare sic homines illas, superique vocarunt.

Perphrando bene picta genas, bene competa & Enyo.

10 Hæ igitur habitarunt in Scythia, vnumique oculum & vnum dentem communem habuerunt, quo ritterentur, vbi domo exirent; quod videtur significasse ita Aeschylus in Prometheus;

οίστοις μηρύαις φλεγόντοις θεοίς αὐτοῖς  
πρὸς εργασίαν τελείαν εργάζονται  
αἱ φερκαὶ ταῖστοι διασπαῖ καρποῖ  
Τρίη κακού μηρύαις αὐτοῖς θεοῖς πατερίταις,  
Μαΐδηται, τοις εἰδῶλοις προστίθεται  
δαίμονες, εἴδη εἰς οἰκιστὴς πλάνης αὔτη.

20 Pontum sonorum transiens ut veneris  
Ad Gorgonzos terminos Scytharum, vbi  
Sunt Phorcides graues puelix tres; quibus  
Cygni color, solusque oculus mox sufficit.  
Communis idem est omnibus dens; omnibus  
Satque is, nec vnoquem has iactuetur lumine  
Phœbus diurno, luna nunquam respicit.

Quamuis Lamias has Latini appellarent. scriptit tamen Duris lib. 2. rerum Libycarum Lamiam vnam tantum fuisse, quæ mulier fuerit forma præstantissima, quā cum Iupiter compressiliter, fecit Iugo vt interirent, quæ ex eam nacerentur. illa igitur ferut ob dolorem non solum deformè fuisse factam, sed etiam ob suorum filiorum desiderium, aliorumque inuidiam in cunis infantes vorare solitam; quæ dicta est Lamia a guttulis amplitudine. Paulatamen in Phocicis Lamiam scribit nupsisse Neptuno, & primam omnium mulierum fuisse vaticinatam, quæ Sibylla dicta est ab Aphris. Hæ tamen Atheniensis Apollodorus lib. 2. non iisdem nominibus appellavit, sed Pemphrado, Erito, Dino. Melanthes in libro de mysteriis Ieno addidit illis, quæ numeratur ab Aeschyllo & Hesiodo. his oculum & dentem communem rapuit Perseus cum ad cædendam Medusam proficeretur, ut ait Simonides in Persico, quos tandem retinuit, quandiu illæ Nymphas, quæ alatos calceos habebant, indicassent. Harum Græcarum gorgones tres forores dictæ fuerunt, quæ, ut ait Apollodorus lib. 2. squammolarum anguium spiritis obsita capita haberent, dentes tantos, quanti sunt ingentiū aporum, manus xtreas, alicuius aureas. Hæ in extremis Iberis partibus ad occidentem ab Hesperidibus hand procul distantes habitare dictæ sunt, ut in his versibus testatur Hesiodus;

Ἐγραιοίς, αἰσταῖσσοις μήδηοις οὐδέποτε οἰνομένοι,  
Βραχεῖς πρᾶτοι οὐδέποτε, οἱ λαυρίοις λειχαροί.  
Ζεῦσοί, Ερυδηνοί, μελανάτοι Λαυρῆοι οὐδέποτε.  
Ιδού τὰ τρίη, αἱ σταῖστες τοῖς οὐραῖς.

αὐτοῖς τὸ δέ μητρὶ απόλυτη κακοχαί τοις.  
Gorgonas Oceanī parit hinc extrema colentes ;  
Sunt vbi & Hesperides habitantes noctis ad horas ,  
Euryale, Sthenoq; Medusaq; tristia passa .  
Hæc mortalis erat, nec mors, nec cana senectus  
Illa infestare valet, compresilla Medusa est  
A patre qui magno regit æquora lata tridente .

Zez.hist. 12.chil.5. Gorgonibus oculum Gætarū falso attribuit: fieri enim non potest ut Perseus oculum ceperit a Gorgonibus, illorumque tandem retinuerit, quandiu Gorgones sibi indicarentur. Menander in libro de Mylteriis 10  
Scyllam etiam memorat inter Gorgones à nonnullis numeratam fuisse. Hæc in Dorcadibus insulis in mari Aethiopico habitatunt, quas insulas nonnulli Gorgadas vocavunt, vnde dictæ sunt Gorgones. Memorix prodidit Nymphodorus libro tertio Historiarum, & Theopompus lib. 17. Gorgones dietas fuisse à nonnullis non squammolarum anguum spiritis capita habuisse implicita, sed ipsa capita fuisse draconum squammosorum, dentesq; in mortem aporum habuisse, ac oculum singulas manus ferreas, aliasque quibus volarent. His erant pro zona geminae vipere inter se connexæ, ut tellatus est Polemo in libro ad Adxum & Antigonom. Confuerunt præterea omnes illos in lapides conuertere, à quibus aspicerentur, ut in his significavit Aeschylus ;

οἵαντες ἀλλοι τοῦδε τρούς κατάτησε  
ἀπειπεῖν πρώτην δρακοτοῦν .  
αἱ λευκὲς οὐδὲ δεῖται οὐδὲ τριαν .  
Sunt tres sorores his volucres non procul,  
serpentibus dirisq; comptæ Gorgones .  
Quas intuens nemo diu spicauerit .

Nam cum Perseus Medusam obtruncasset, tanquam illum deglutire cuperent, conuolarunt: sed cù cerni Perseus ob galeam Plutonis minime posset, illæ ab instituto itinere recesserunt. Neque plura his sanè de Gorgonibus me legisse memini. Scriptum reliquit Alexander Myndius in eo libro, quem scripsit de iumentis, Nomades animal quoddam in Libya Gorgone solitos appellare, agrestibus oibus per simile, ut tellatur etiam Athenaeus de eius sententia lib. 5. quod tamen nonnulli vitulo marino potius esse simile putarunt. eius animalis eam vim dictus est habere spiritus, ut omnia animalia quæ sibi obvia heterent, interimeret, comamque haberet illud animal è fronte ad oculos demissam, quam vbi concutiens caput, vix tadem ob grauitatem aspexisset, eos perimebat, qui visi fuissent: cum alii inquiunt non è spiritu, sed aspectu, oculorumque radiis id accidere. Tellatur idem Athenaeus multos Mari milites, cum aduersus lugurram militarent, hoc animal syloestrem ouem esse putantes infecutos fuisse, ac statim concidisse mortuos, quoniam in sequentium luxuriprum id animal timens, comam, quæ oculos tegit, concusisset. Has Gorgones siue feminæ fuerint, hæc monstra horrenda, poenæ ad inferos ad vescendos sceleratos postea detruserunt: sicut & alia animalia, quæ crudelissima vbiique reperita sunt, ut indicant ea Virg.

Centaui in foribus stabulant, Scyllæq; biformes,  
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ

Horren-

## Mythologiae

Horrendum stridens, flammisq; armata Chimera;  
Gorgones, Harpyiae, & forma tricorporis umbras.

Fuerunt qui Grae Phorc & marini monstri filii, nihil aliud esse arbitrantur, quam cognitionem & prudentiam illam, quæ per experientiam acquiritur. Has unicum oculum habere dixerunt, quo videntur cum exirent domo; quia non tantum intra domesticos parietes desidentibus, quantum in publicum prodeuntibus, et ubi sunt difficultates, necessaria est prudentia. Alii curiosorum ingenia per hæc inquiunt reprehendi, qui ad res suas domesticas cœcutiunt, cum in alienas acutissime cernant. Hæc igitur Grae iure  
**10** optimo et seniores natæ, et ex marinis monstribus dictæ sunt, et in locis, qui neq; solis, neq; lunæ lumine illustrarentur, habitare; quoniam in rebus claris & apertis nulla necessaria est exquisita prudentia. Huius prudentię fuit Graearum, sorores sunt Gorgones, quæ alii volupiates, alii pericola humanę vitę esse putarunt, a quibus utrisq; hinc Graearum consilio nemo se recte expedierit. Nam ut ratio, ita cupiditas ex eodem fonte atque ex ipso animo nascuntur. Dictus est idcirco etiam Perseus non sine Palladis auxilio ac oculo Graearum, Plutonisque galea, & ense Mercurii illas superasse, & incolumis evanescere, quoniam in omnibus rebus arduis ac difficilibus opus est sapientia primum, & animi perspicientia, & subtilitate, atque adeo acuminis iugenii, sine quibus nihil gloriosum transfigi potest; atque his diuinitetiam non nihil afferunt commodi. Quid igitur per hæc significabant antiqui, ut rem summam colligant? idem erat ac si dicerent; animaduertite mortales, quod vita humana multis volupatibus circumuenta est, que vos in perniciem & perpetuas ærumnas trahent; animaduertite, ne vos tanquam stupidos, ab his adduci patiamini. Et quoniam ex altera parte multa vos circumstant pericula, caue te ne cedatis; sed forti animo illa superate; in quibus utrisque viam prudētia vestra, & diuinum implorate auxilium, quod nemini sincero animo petenti deesse consuevit. Hoc si feceritis, incolumes ex omnibus vel grauissimis periculis euaedetis, neque à perniciose voluptatibus expiemi nisi. Id qui fecerit, erit Perseus Iouis filius, Deo gratus scilicet & amicus. Isacius tamen fabulam hanc ad res naturæ deducere conatur, dicitque Gorgones esse maris filii, quoniam dictæ sunt à tremitu maris, aquas scilicet. Ad has veritus, hinc Sol Iouis filius nemp̄ mentis divinitus minister, Mineruæ consilio accedit; cum omnes naturæ actiones sicut pro diuina sapientia neque frustra, neque inutiliter, ob motus celeritatem hic habuisse dicitur Nymphatum volucres calceos; cum in omnia vis eius penetraret, falcem cepit a Mercurio; at cum ita humores quos attrahit extenuet ut à nemine videri possint, galeam habuisse dicitur platonis. Occidit igitur Medusam, quæ erat mortalit, quoniam solam aquam maris subtiliorem  
**30** ac supernatantem extenuat, cum reliquæ aquæ subsidesent. Dicti sunt in lapides conuerti, qui Medusam vidissent, quoniam admirabilis est sapientia Dei, atq; attonitus propè ob admirationem confiseret, si quis intueri recte posset solis vim & actionem, ac virtutes Naturæ. Atque hæc ipsa fabula ad vitę humanæ institutionem, ut dictum est, yniuersa transferri potest. At vero nunc de Sirenibus est dicendum.

De